



**Fasti Mariani**

**Brunner, Andreas**

**Antverpiæ, M.D.C XXX III.**

S. Theodote Cvm Filiis MM. 2. Augusti.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70962](#)

A V G .      *Vita Sanctorum.*      421  
dum cadit ense. Iamque ad tertiam gradum facit Tyrannus bis victus, suspenditur C H A R I T A S ab equuleo, laniatur flagris. Sed ne audacter ivisse in hostem credas, noveris in rogū suapte sponte insiliisse terebrā post perfoſſam & gladio cæſam. Porro mater magnanima S O P H I A, quæ & filias praesentiā suā & ſeſe filiarum virtute hucusq; animaverat, triduo post inter funera ſua funus etiam ipſa deprehenditur. Sed tamen ne tu, ne luſtu credas hoc factum Roma. Hanc enim ego, vel nullam aliam Matronam gaudio emori potuifſe Livio credam. *Sur.*

S. THEODOTE CVM FILIIS MM.  
2. Auguſti.

N Vmerabat THEODOTE in viuio thoro filios, quos e conjugē de mortuo genuerat, duos, quos vero Christi aniore adoptaverat, vincitos ac captivos longè plurimos. Talem Diocletianus Leucadio, qui mirè ejus nuptias ambiebat, tradit, qui dum nullis eam blanditiis capi videt & domum ducere jam desperat, vinculis certè captam ad Bithyniæ tribunal adducit. Hic Matris pectus per filiorum latuō oppugnaturus E V O D I V M primō, tum minimum natu filium cuniculis verborum subruere annititur. His ubi nihil proficere ſe videt, in apertā vim,

ver-

422      *Vitæ Sanctorum.*      3.AVG.  
verbera atrocissima prorumpit. Sed  
plena animis verba, quibus mater ad  
constantiam suos firmabat, plus pote-  
rant apud filios, quam verbera tyran-  
ni. Interea Hyrtacus homo non jam  
sceleratus sed scelus, pudicitia matro-  
nali manum afferre attentat. Sed qui  
pro hâc tuendâ excubabat Angelus, ir-  
ruentem ita pugno exceptit, ut quan-  
tumvis impudentis vultum largo san-  
guine erubescere tamen faceret. Post  
hæc Præses matri geminam mortem  
minatur, dum hanc sub oculis ejus fi-  
liis geminis intentat. Sed illa Spartana  
voce hoc unicum votum suum esse di-  
cebat, bis antè, quam semel mori,  
filiorum priùs oculos, quam suos clau-  
dere; scire se ad hoc filios genuisse, in  
essent qui pro patriâ, Calo, occumbe-  
rent. Ergo in flaminantem fornacem  
una omnes injiciuntur. Et ecce conti-  
nuò Superi probarunt & ad se se la-  
puerunt aurum. Ex actis S. Anagniæ  
S. PETRVS EP. 3. Augusti.

**E**x principum Salernitanorum stirpe  
Eajunt oriundum PETRVM. Sed  
ut in nobiliorem etiam familiam tra-  
faret D. Benedicti, non dubitavit pur-  
puram cum cucullo mutare. At tulit  
tamen hic alteram illi purpuram, cum  
Pont. Anagniæ ab Alex. Pont. Max.  
datus est. Sed nos illud multò pluris  
facimus, Cælitibus tam familiarem

P.E.